

bis citata fuerit ad placita, scilicet in duobus diebus placitorum, et non conparuerit per se vel per procuratorem, sequenti die dominica post dictos duos dies placitorum ad petitionem actoris cridetur per preconem comunis super scalis palacii comunis publice et alta voce post proclamationem excusarum, 5 et etiam cridetur ante domum sue habitationis, si habita(n)t in civitate Tergesti, in presentia unius cancellarii comunis Tergesti et ad minus duorum testium ad hoc spetialiter vocatorum, in qua specificare debeat ad petitionem cuius cridetur 10

188 B et causa propter quam, et quod usque ad octo dies cumparere // debeat coram dominio Tergesti ad respondendum in iure petenti occasione cause in crida specificate; et si non habitaret Tergesti, exire non debeat extra civitatem cancellarius occasione dicte cride. ¶ Et talem cridam sic factam in presentia quorum et relationem dicti preconis de dicta crida cancellarius 15 comunis notare debeat in sua vachetha, et aliter crida facta sit nullius valoris; et si qua persona convenire vellet heredes alicuius persone mortue, si scirentur heredes, citari debeat facere dictos heredes vel comissarios vel tutores, et postquam semel saltem citati fuerint singulari citatione et non conpa- 20 ruerint, remaneat in discretione domini de citando adhuc eos semel vel eos faciendo cridari, et si mandaverit eos cridari debere, dicta crida tunc fieri debeat die dominico tantum super scalis palacii et ante domum persone defuncte per modum supradictum, scilicet in presentia cancellarii et duorum te- 25 stium, quod conparere debeat ad terminum per dominium inpositum, et in ea specificetur etiam ad petitionem cuius et causa propter quam, et aliter crida facta sit nullius valoris. ¶ Et si aliqua persona que citata esset personaliter una citatione ad placita non conparuerit, et se abscentaverit post dic- 30 tam citationem taliter quod inveniri non possit, remaneat in

189 A discretione // domini de fatiando ipsam personam cridari ut superius est expressum, ac si secundo citata esset. ¶ Salvo quod, si aliqua persona se absentaverit a civitate Tergesti et eius districtu ab habitatione, extra quam steterit per quatuor 35 menses aut ultra vel infra, si sciretur de habitatione talis persone absentate, et aliquis voluerit dictam personam in ius